
IN DIE RELI-
QVIARVM POST LEC-
tionem Apoſtolicam, & dic-
to tu autem Domine, &c.
Pronuntiantur Reliquiæ
in forma ſequenti.





CVm ſecundum canonicas ſãc-
tiones ſpecialiter per conſtitu-
tionem Inocẽtij Papæ III. in Cõ-
cilio generali editam, ſit expreſſe
ordinatũ; quod nemo publice ve-
nerari audeat ſanctorum reliquias,
niſi prius autoritate Romani Pon
tificis fuerit approbatæ: idcirco pro-
nũtiam⁹ reliquias, quæ ſũt in præſẽ-
ti Eccleſia eſſe venerãdas; quia de

 appro-

approbatione, uerum habent testimonium & sunt istæ, quæ sequuntur: & eas in tantu veneramur in quam tum debemus.

¶ De ligno sanctissimæ Crucis: in quo Salvator mundi pro salute omnium passus est.

¶ De Corona spinea, eiusdem Salvatoris, & Domini nostri Iesu Christi venerabili capiti suo impressa.

¶ Item, de Columna, in qua idem Dominus iussu Pilati fuit flagellatus.

¶ Item, de Fune, quo fuit ligatus idem Salvator.

¶ Itē de presepio inquo ad nostram confusionem Christus recēs

natus

natus fuit reclinatus: & de sepulchro in quo propter nostram resurrectionem fuit sepultus.

¶ Itē unū de triginta argēteis, pro quibus appratiatus & vēdictus, fuit: qui nos suo prætiosissimo sanguine emit.

Itē de pane, qui superfuit in cœna Dominica.

De velo sāctissime Virginis Mariæ: & de sepulchro eiusdem Virginis, & Dominæ nostræ.

De sancto Iohanne Baptista: & de sancto Zacharia, patre eiusdem sancti Ioannis.

De sancto Ioseph sponso Genitricis Dei Mariæ.

Item de corporibus sanctorum

Apostolorum: Petri, Pauli, Andreæ, Iacobi maioris ⁖ Bartholomei, Iacobiminoris, Simonis, Tadei, Mathiæ; & sancti Lucæ Euangelistæ.

¶ Item, sanctorum Martyrum: Stephani, Laurentij, Lini, Clemẽtis, Timothei, Cypriani, Cosmæ, Dimiani, Blasij, Georgij, Agapiti: Laureani, Sebastiani, Christofori, Zenonis, Petri, Acacij, Cornelij ⁖ Crispini, Chrispiniani, Calixti, Ciriaci, Claudij, Dionicij, Stephani papæ: Eugenij, Fabiani, Fælicis, Germani, Irenæi, Honorati, Hippolyti, Iohannis, Isidori, Martini, & Valentini.

¶ Item, sanctorum Martyrum:

Inno-

Innocétium, Machabeorum, Treveriensium, & aliorum.

¶ Item, Sanctorum Confessorum: Ambrosij Hilarij Augustini Blasij Martini Isidori Hieronimi Iohannis Chrysostomi,& sácti Brunonis Patris nostri ., Pauli primi Eremitæ, Antonij Benedicti Bernardi Francisci de Paula Thomæ Aquinatis; Antonini Archiepis. Alberti Alexij & Rochi.

¶ Item De sancta Anna Matre Genitricis Dei.

De sancta Maria Madaglena.

¶ Item sanctarum Marthæ Praxedis & Lucinæ.

¶ Item sanctarum Virginum & Martyrum: Agnetis Catharinæ Luciæ

Lucie, Anastasiæ, Apolloniæ, Barbaræ, Iulianæ, Rufinæ, Sabinæ, Bibianæ, Ceciliæ, Ciriacæ, Margaritæ: Beatricis, Dorotheæ, Candidæ, Constantiæ, Cristianæ, Teclæ, Vrsulæ, & sociarum.

¶ Item, sanctarum Virginum: Catharinæ Senensis, Brigitæ, Petronillæ, Susanæ.

¶ Item, de alabastro Beatae Mariae Magdalenae: & de Zona pellicea sácti Iohannis Baptistae; de cilicijs sancctorum Bernardi, Dominici, Amadei, ac sáctae Clarae: de cingulo sanctae Agnetis; de abitu sancti Frácisci de Assis, & Fráncisci de Paulá: de Cruce, in qua pédés latro audire meruit a Christo,

hodie

hodie mecũ eris in paradiso.

¶ Item de Cruce quadam; sancti Didaci; & ex vestibus, sanguine mixtis sanctarum vndecim millium virginum, & martyrum: & plurium aliorum, quorum meritis, & praecibus adiuvemur.

LAVS DEO.





hodie mecum eris in paradiso.

¶ Item de Cruce quadam sancti Didaci; & ex vestibus, sanguine mixtis sanctarum vndecim millium virginum, & martyrum: & plurium aliorum, quorum meritis, & precibus adiuvemur.

LAVS DEO.

